



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatvm Serie Vigesimvm-Octavvm De Matrimoniis, &
Sponsalibus, cum Indicibus necessariis

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

Quibus verbis, & signis hic consensus censeatur expressus. Pun. 8.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76659](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76659)

Sufficit, quod partes inter se moraliter coniungantur, ut patet in Sacramento presentia, ordinis, & confirmationis, &c. Neque item ex ratione contractus in quo moralis coniunctio facilius admittitur. leg. 1. 8. qui præsens. ff. de verbor. obligationib. & leg. 1. §. sed verior, ff. de contrahenda empt. Et in praesenti est manifestum, cum per epistolam, vel procuratorem contractus matrimonij celebretur, in quo consensus contrahentium simul physicè non existit. Atque ita docent omnes Doctores tertiar. & quartar. sententiae, quæ si bene perpendantur inter se non pugnant, sed verissimæ sunt. Pro quarum explicatione aduerto matrimonium contrahi posse consensu physicè præterito habitualiter permanente, neque opus esse ut permaneat in aliquo effectu producto, qui causa contrahendi sit, quia nihil physicè efficer debet, sed solum hunc moralem effectum, scilicet mutuam traditionem corporum, mutuamque obligationem, ad quam præstandam sufficit perseverantia moralis habitualis, sicuti in aliis contractibus (stipulatione excepta ob eius singularem naturam. leg. continuus ff. de verbor. obligat.) Quapropter eti multum temporis inter unum, & alium consensum intercesserit, si tamen de facto exprimitur, nec tacite reuocatus non est, sufficit ad contrahendum matrimonium. Consentitur autem reuocatus, si in aliam personam consentit. Item si contentus pro determinato tempore, & o transacto, quem terminum regulariter omnes contrahentes consendi sunt apponere maiorem, vel minorum iuxta negotii qualitatem. Nemo enim credendus est (inquit Coninch.) velle perpetuò alterius consensus expectare, & de suo statu suspensum esse.

Predicta locum habere possunt, ut inquit Coninch. dicto dub. 7. concil. 4. Basili. Ponce lib. 2. cap. 16. n. 5. etiam ubi viget Trident. si prior consensus coram Parochio, & testibus sit, & alio die sequenti idem Parochus, & testes alterius consensui assistant, tametsi in certis, an prior consensus reuocatus sit; id enim necessarium non est; sicuti non est necessarium, cum matrimonio per procuratorem contracto assistunt, scire prædictum mandatum reuocatum non esse.

Quod vero Sanch lib. 2. disp. 2. num. 9. quem sequitur Coninch. disp. 3. dub. 7. concil. 3. infine, & Guitier. cap. 46. num. 14. allexit te sicut contentientem altero legitimum consensum præstante postea denou contentire, quin alios denou contentiant, qui predictus consensus alterius legitimus habitualiter perseverat mihi non probatur, eo quod predictus consensus post factum contractum neque formaliter, neque habitualiter perseverat, quia fuit consensus de contrahendo tali tempore, non alio, in quo credit sibi esse impossibile deinde contrahere. Præterea predictus consensus non solum ex tua parte nullus fuit ob fictionem, sed etiam alterius consensum nullum reddit, quia nemo contentit in traditionem sui corporis, nisi alter eandem sui corporis traditionem faciat; et enim hic contractus mutuus & onerosus, ergo ex perseverantia predicti consensus utroque nullius valoris conuincere matrimonium non potest. Requiritur ergo nouus consensus. Qualiter hic præstandus sit postmodum examinabimus.

P V N C T V M VII.

Qualiter consensus contrahentis exprimentur
dus sit?

1. Virtusque consensus verbis, vel signis exprimendus est.
2. Aliqui affirmant esse verba necessaria.
3. Non sunt necessaria necessitate Sacramenti.
4. Satis ratione opposita.
5. Nec etiam sunt necessaria necessitate precepti.

C Ertum est virtusque consensum verbis, vel signis exprimendum esse. Tum quia est contractus respectuus, humanus, & politicus, qui sola mente celebrari non potest. Non enim potest esse ultra citrumque obligatio, quia consensus contrahentium sibi iniucum manifestetur, & fauer lex traditionibus. Cod. de Pactis, ibi: Traditionibus, & usus publicis, non nullus pacis rerum dominia transferuntur. Tum quia constituit Sacramentum, quod necessarium est signum sensibile gratiae sanctificantis. Colligitur haec veritas ex Concilio Florent. in decreto Eugen. & ex Trident. sess. 24. cap. 1. de reformat. & pluribus Sanch. lib. 2. disp. 20. Neque obstat Textus in exp. cum locum de Sponsalib. ubi inquit Pontifex, matrimonium à solo consensu contrahitur, id est à solo consensu libero expresso, non coacto, non enim expressionem consensus intendebat Pontifex excludere, sed coactionem, ut ex contextu constat. Neque item oblat cap. sua fraternitati, codens 21, ubi dicitur, matrimonium in veritate contrahitur per legitimum viri, & mulieris consensum: sed necessaria sunt quantum ad Ecclesiam verba consensum exprimita de presenti, intelligendum enim est, esse necessaria verba, & non sufficere nutus, ut facilius Ecclesia constare possit matrimonium esse contractum. Neque item obstat quod in cap. sufficient 27.

quaes. 2. & cap. fin. de sponsa duorum, dictum sit solo consensu expressore abique copula, hanc enim ab essentia matrimonij excludere intendebant, non tamen consensus expressionem.

2. Sed an predictus consensus verbis necessario exprimendus sit saltem necessitate precepti? variant Doctores Nam plures, quorum meminit Sanch. lib. 2. disp. 21. num. 2. Zeuall. t. 3. commun. opin. quaes. 7. 50. num. 21. Guitier. cap. 46. num. 10. Coninch. disp. 24. dub. 8. Basili. Ponce, lib. 2. cap. 7. existimant non solum esse verba necessaria necessitati precepti in eis qui loqui possunt, sed esse necessaria pro valore Sacramenti. Mouentur ex cap. Tua de sponsalib. ibi: sed necessaria sunt quad Ecclesiastica verba, id est ex institutione Ecclesie, & ex cap. licet, eodem ibi; ita ut unus alterum verba consuetus recipiat. Et cap. consultatione eodem. ibi: cum verba processissent. Et efficacius ex Concilio Florent. in decreto Eugen., ubi postquam decidi esset omnia Sacra menta tribus perfici, verbis tanquam forma, rebus tanquam materia, & Ministerio, loquens de matrimonio predictam propositionem strinxit dicens: causa efficiens matrimonij est consensus regulariter per verba de presenti expressus, tacitè indicans non semper esse necessarium consensum per verba exprimi, esse tamen regulariter feliciter in valentibus loqui. Neque minus esse debet, quod in aliquibus verba necessaria sunt, & non in aliis, nam cum huiusmodi Sacramentum consistat in contractu, optimè potius Ecclesia pro valore contractus verba erigere in valentibus loqui, cum tamen in non valentibus figurae repater esse sufficiant.

3. Ceterum omnino tenendum est tam in non valentibus loqui, quam valentibus, verba non esse necessaria necessitate Sacramenti: sic pluribus firmant Sanch. disp. 21. n. 5. Cas. Vazq. disp. 3. de matr. e. 7. Courauu. 2. p. de matr. e. 4. n. 1. Guitier. c. 46. n. 10. Coninch. disp. 8. concil. 2. Basili. Ponce dicta. c. 7. num. 4. Et quidem pro non valentibus loqui, est dicto expressa in c. cum apud. c. tua de sponsal. Et colligitur ex dicto Concilio Florent. At pro valentibus loqui colligi potest ex cap. unico s. fin de sponsal. impub. lib. 6. ubi pro pueris puerate, & tacente præstat pater consensum, & verum matrimonium constituit, quia puella medio illo silentio consenserit paternum approbat, ut inquit D. Thom. in 4. d. 27. quaes. 1. or. 3. questione 2. ad 3. Item ex cap. fin. de conjugio eur. ibi: non facio, nec verba censorio. Et ex cap. veniens. cap. 1. qui cap. 1. tuas. cap. illud. & aliis de sponsalib. ubi deciditur sponsalia copula subsequitur transire in matrimonium. Ratio est, quia si verba in aliquo casu efficiens necessaria pro valore Sacramenti matrimonij Concilium Florent. quod ita excedit matrarias, & formas Sacramentorum declaravit, sine dubio exprefisset. Ex illo autem verbo regulariter id non colligitur: cum fatis commode explicetur, si dicamus consensum qui regulariter per verba exprimitur esse causam efficientem, non quasi necessarium sit necessitate Sacramenti regulariter per verba exprimi, sed quia huius modus explicandi consensum regulariter contingit. Et forte ob hanc causam Trident. sess. 24. de reformat. cap. 1. dixit Parochus viro, & muliere interrogatis, & eorum consensu intellecto: notariorum dixit inutiliter: quin verborum meminerit tacite indicans signis intelligenti posse, efficiere sufficiencia.

4. Neque Textus in cap. tua fraternitati contrarium probat dicens verba quod ad Ecclesiam esse necessaria, quia id dictum est, quia sunt necessaria, ut facilius Ecclesia constet de matrimonio contracto. Textus vero in capite licet, cap. consultationi, communem regulariter verbis matrimonium perfici, non quasi ea necessaria sunt, sed quia sunt signa aptiora consensus. Ad argumentum ex Concilio Florent. dictum constat ex probatione nostrae sententiae.

5. Superdictum dicendum, An verba sunt necessaria saltem necessitate precepti? Et quidem nullibus esse latum precepit probat Sanch. lib. 2. disp. 3. 1. num. 10. Basili. Ponce lib. 2. cap. num. 14. Egid. Coninch. disp. 2. 4. dub. 8. concil. 4. Guitier. cap. 46. numero 11. idemque non probat quod Sanch. & Guitier affirmant esse peccatum veniale, si verba omittantur, quia ubi non est lex, nec prævaricatio esse potest, ut inquit Paul. Fatoe tamen esse maximè decens, ut contrahentes suos consensus verba exprimant, vt dixit Alphonsus Rex, leg. 5. tit. part. 4. Quinimo aliquando ratione scandali, & ne dubius reddatur contractus, sub peccato mortali necessarium erit.

P V N C T V M VIII.

Quibus verbis, & signis hic consensus conseretur expressus?

1. Specienda est propria significatio verborum, cum dubia sunt.
2. Explicantur aliqua verba, que consensum de presenti demonstrant.
3. Qualiter signis exprimatur consensus.

- 3 Quid si cum duabus copulam habeat.
4 Sane Trident. aliqui affirmant sponsalia transire in matrimonium copula eorum Parochio, & testibus habita. Sed opossum verius est.
5 Ob attentionem copula matrimonium non presumuntur.
6 Neque ex osculis, amplexibus, tactibus & turpibus.
7 Qualiter ex traductione puer in dominum sponsi matrimonium presumatur?
8 Ex longa cohabitacione, quia vir & mulier se tractant ut coniuges matrimonium presumuntur.
9 Item si praecepti de matrimonio tractatus, & mittatur sponsus annulus, aliqui affirmant, ali rectius afferunt in specie
diam esse coniugendum.

Hic Questionis ex parte satisfacimus disputat. precedenti puncto. vbi declarauimus aliqua difficultate verbis, quibus sponsalia contrahuntur. Quatenus ad verba attinet spectandus est communis illorum sensus, cum dubia sunt, quia utique luctuosum. in leg. si quis in sacerdotiis 4. ff. de legat. & fiducia commissarii. rerum vocabula immutabilia sunt, hominum mutabilitas ex leg. Labeo. 7. ff. de sacerdotiis. leg. anniculus 13. ff. de verbis significati. cap. ex litteris 1. de sponsalib. Quod si verba plures significations habeant, propria spectanda est, non impropria. leg. non alter 6. ff. de leg. 3. Si omnes ergo propria sunt fauendum est matrimonio, si contractum sit. Argum. cap. ex litteris de sponsalib. & cap. videtur. Qui matrim. accus. poss. cap. licet de testibus, & tradit Decius conf. 6. num. 1. At si nullam significacionem propriam habeant, iudicandum est ad eiusdem cum qui sic ambigui loquuntur est, iuxta Texum in cap. contra sicut de Reg. 6. Vide Sanch. lib. 1. 8. n. 1. & seqq. Basili. Ponce, lib. 2. cap. 8. pernotum.

2. Ex his inferunt verba illa, Accipio te in meam, habeo te in uxorem. Tibi te uxori prouidebo. Seruabo fidem ab que voluntate, censenda sunt confessum de presenti significatio, ut colligit ex cap. ex parte cap. penult. de sponsalib. Ita conferunt de illis verbis. Volo te habere uxorem, volo te trahere pro uxore, habeo te ex nunc pro uxore: cum enim bimodis contractus ex sola voluntate explicata nascatur, nisi his verbis voluntas exprimitur: illi autem, formata, Habebo te in uxorem abque adulta particula ex iuncta dubia latit est, an sola sponsalia, an etiam matrimonium constituit. Nam Innocent. Cardinal. & Abbas cap. ex parte de sponsalib. Petri Gregor. lib. 9. Syntagma. uiris cap. 5. in princ. Basili. Ponce, lib. 2. cap. 9. num. 3. & alii existimant matrimonium constitutum, ea praecepit ratione ducti, quia denotat executionem contractus, & illius obligationem, ab eo pando, quo proferuntur, sicut si dixisset, Habebo te nunc in uxorem. Nam in contractibus, in quibus dies non signatur, inconveniens est in eum obligatio, leg. in omnibus ff. de Reg. 6. Ego ex illis verbis habes obligationem ab eo puncto habendam, nam in uxorem, si autem sola sponsalia contrahere obligatus es, ab eo puncto habere non uxorem, sed sponsalem. Sed rectius Couaruu. 4. decret. 2. part. cap. 4. §. 1. numer. 3. Thom. Sanch. plures referunt, lib. 1. disput. 18. num. 18. ceteris non matrimonium, sed sponsalia constitutum, quia non consensum de presenti, sed de futuro significant, etiam hunc sensum. Habebo te in uxorem, quantum placuerit: sicut si diceres, Accipio te in uxorem. Neque obstat ab eo puncto nasci obligationem habendi feminam in uxorem, quia non nascitur absoluta obligatio, sed conditionalis, polita inquam voluntate feminæ, quare si feminam in unum significaret se vello haberi in uxorem, credo matrimonium contractum esse, quia illa verba matrimonium executionem significantur illius celebrationem. Deillis verbis, in quibus continetur dictum exclusum, nisi tantum, prater fatis predicto loco diximus.

3. Quoad signa attinet, quibus consensus de presenti explicitur, etiam communis vobis, & iuridicus spectandus est. Si cum patre contrahente pro filia impubere presens ipsa taceat, illi silencio satis suum consensum exprimit. Cap. vn. §. fin. de dict. lat. impuber. in 6. Item si cum feminam interrogatur, an velit tecum matrimonium inire, ipsa capite annuat, non est dubium satis suum explicare consensum. Quocirca, signum aliquippe signo est controversia, qualiter denotet matrimonium esse contractum, primum de copula, secundum de illius attentione, tertius de traductione feminæ in dominum sponsi, quartus de annuli missione, seu subarratione. Aliqua ex his signis si recte considerentur non sunt signa consensu exprimentia, sed signa consensum alias expressum significativa. Quippe, copula illiusve attentione non est signum exprimentia consensum in matrimonium, sed est signum denotans matrimonium contractum esse, alias illa copula non coniugalis, sed fornicatoria esset. Præterea aduero stante Concil. Trident. dispositione his legibus tardus, vel nunquam esse locum, siquidem matrimonium esse contractum ex Parochio, & testibus, qui contrahendo necessario alterius probandum est.

4. Primò ego copula inter sponsos de futuro signum est

Ferd. de Castro. Sum. Mor. Part. V.

illis in locis, in quibus Trident. non est receptum matrimonium esse contractum, signum inquam non ex natura rei, sed presumptio iuris, quia iure pie presumunt matrimonium ante copulam illos sponsos contraxisse, ne illa copula fornicariasset, & pena digna. Etenim cum illi sponsi de futuro possint inter se copulari animo fornicario, vel affectu conjugali, Ecclesia ne iudicet illos derelinqueret, credit affectu maritali se copulasse, voluisseque promissionem matrimonii contrahentem ad executionem reducere: habetur c. veniens, c. qui fidem, c. fin. de sponsalib. Quare si sponsalia contracta non sunt, copula signum esse non potest matrimonii, quia nullum est fundatum, ex quo Ecclesia presumere possit matrimonium praecellit.

5. Dubium ergo est, An sponsalibus cum Maria contractis, si illa renente cum Franciscis sponsalia contrahas, & copulam habeas cum utraque, si aliquid ex his matrimonii censendum; Respondeo nequam esse censendum matrimonium cum secunda, eo quod sponsalia cum secunda nulla fuerunt, ac proinde ex copula cum ea hadita presumi non potest matrimonium esse contractum: ex copula autem cum prima non absque fundamento dubitat Pape pol. in dicto cap. ix qui fidem, n. 5. de sponsalib. an possit presumi matrimonium, eo quod ab sponsalibus cum ea celebatis censatis recessisse, si non quod effectum, alitem quod voluntatem per sponsalia contracta cum secunda. Verius tamen exstimo presumi debere matrimonium cum prima esse contractum, quia celo voluntate habens recedendi ab eius sponsalibus contrahendo cum secunda, de facto non recessisse, & copulam cum ea habens censendum ex predictum contractum approbasse, & attenuatum recessum emendasse, sicut docet Basili. Ponce, lib. 2. de matr. c. 11. m. 6.

6. Grauior dubitatio est, An stante Concil. Trident. dispositions sponsalia transire possiat in matrimonium copula coram Parochio, & testibus habita? Affirmat Sanch. lib. 3. disp. 40. n. 7. Henric. lib. 1. c. 3. num. 7. Gutierrez. c. 41. num. 13. dicit, quia copula est sufficiens signum consensu coniugalibus, postquam sponsalia præcesserunt. Ergo Parochus & testes talis signo, & sponsalibus assistentes de consensu matrimonij contractu possunt.

Sed rectius contrarium docet Coninch. disp. 21. num. 21. ea ratione, quia copula ut dixi non exprimit consensum constituentem matrimonium. Ergo si Parochus, & testes non assisterunt consensu matrimonium constitutum vere non attinerunt matrimonio. Quinmo stante dispositione Concil. Trident illa copula nequit esse signum coniugalis consensus quia non potest esse signum consensus coram Parochio, & testibus habitis, quod necessario requirit ad matrimonium censendum.

7. Secundo: ex copula attentione, videatur ius presumere posse matrimonium esse contractum, si enim ex copula praemissis sponsalibus matrimonium presumunt ob vitandam culpe presumptionem, ob eandem rationem obligatur ad prælendum matrimonium ex copula attentione. Fautque Texus in cap. iunius de sponsalib. vbi secundum matrimonium censetur invalidum, eo quod cum priori despota attenteretur copulam habere. Nihilominus certa sententia est ob attentionem copula non presumi matrimonium esse contractum, ut deciditur cap. adolescent. fin. de sponsalib. ibi: Nam licet sapientia nixus fuerit, eam carnaliter non cognovisse, neque valer dicere non potuisse illam cognoscere, quia erat impubes, & tempore impuberis legitimus consensus haberi non potest: gratias namque dicitor impuberem esse, neque id colligitur ex Texu, nam quod non potuerit illum cognoscere prouenire potuit, vel quia comparatione illius erat acta, vel quia resistiuit, aut alia de causa, non quia impubes. Ratio autem est, quia iure non est inducta presumptio de matrimonio ex attentione copula, sed ex copula. cap. veniens, cap. ii. qui fidem, cap. finali de sponsalib. Ergo absque fundamento extenditur presumptio ad copula attentionem. Neque obstat in predicta attentione culpam committi, quia non solum ob vitandam culpe utrumque presumuntur matrimonium ex copula, sed ob vitandam talam culpam, ex qua feminam amittere sui corporis integratem quæ apud ipsam maximis habetur.

8. Hinc à fortiori inferunt ex osculis, amplexibus, tactibusve turpibus matrimonium presumi non posse, cum non sint copula, sed ad summum illius initium. Et tradit Couart. 4. decret. 1. pars. cap. 4. §. 2. num. 2. Basil. Ponce lib. 2. cap. 12. num. 14. & colligitur aperte ex cap. i. de matrim. contract. contra interd. Eccles.

9. Tertio ex traductione puer in dominum sponsi aliquibus videret matrimonium presumi posse. Quod sustineri potest inspecto iure ciuilis ex l. mulierem. fide ritu nupciali. si cui. leg. cum fuerit. ff. de condit. & demonstr. & leg. cum in te Cod. de Donationib. ante nuptias. Verum atrore iure canonico nequam ex sola traductione matrimonium contractum esse presumunt, ut docuit Couart. 4. decret. 1. p. c. 4. §. 2. numer. 1. Menoch. lib. 3. præsump. 1. n. 55. Gutierrez. de matr. c. 4. n. 4. Basili.

fil. Ponce, lib. 2. c. 11. n. 9. & alij. quia Ius Canonicum solum ex copula inter sponsos habita consensum matrimonij praesumit, qua dispolio vixione à iure exorbitans nō debet ad alios extendi. Ab hac tamen regula excipiunt predicti Doctores, & merito traductionem sponsae ea solemnitate factam, qua attenta conseruadine solent vxorem ad domum mariti deducere, nam eo casu signum est matrimonium esse contractum. Arg. cap. viiiua de Regulari.

10. Quarto praesumitur matrimonium ex longa cohabitatione, qua vir, & mulier se trahant ut coniuges, quia inspeccia hominum opinione credendum est, dum coniugium non probatur matrimonium esse contractum. Arg. Texus in cap. illud de presumpt. & tradunt late Mafcard. t. 2. de probat. concl. 1022. & t. 3. concl. 1317. Menoch. de presumpt. lib. 3. presumpt. 1. Gutierrez. de matr. c. 40. a. n. 6. Quod à fortiori procedit, cum agitur de probanda filiorum legitimatio, & maxime si parentes sint defuncti, quia non debet praesumiri in peccato mortali decollis, sed potius ante mortem matrimonium contraxisce.

11. Quinto si tractatus de matrimonio contrahendit praescissio, & sponsus annualum sponsa mittat ipsaque accepter, aliquibus videtur matrimonium presumentum esse. Sed rectius alij affirmanc inspicendam esse consuetudinem, si enim immisso annuli, & subarratio matrimonij signum fuerit, praesumti debet esse contractum, secus si solum sponsaliorum confirmatio fuerit, sicut tradit Sanchez. lib. 1. de mar. disp. 22. a. n. 1. Basil. Ponce, lib. 2. cap. 11. a. n. 2. Et idem est dictum de porroctione manuum. Vide Couariu 2. p. de sponsal. cap. 4. a. n. 4. & sequentib.

P V N C T V M I X.

Qualiter per procuratorem matrimonium contrahatur?

1. Plura requiruntur.
2. Specialiter requiruntur, ut constitutus procuratorem perseueret in consensu, cum matrimonium contrahitur.
3. Item ne limite mandati excedat.
4. Aliqui consensu constituendum esse coram Parocho, & testibus.
5. Sed verius est oppositum.
6. Satisfit rationibus.
7. Non est opus scriptura, sed verbis tantum constitui potest.
8. Matrimonium per procuratorem fieri potest tam in ratione contractus, quam sacramenti, ubi Concilium non est receptum.
9. Imo certissimum est etiam ubi Concil. Trident. est receputum.
10. Proponuntur obiectiones, & fit illis satis.
11. Per epistolam, sicut per procuratorem matrimonium contrahiri potest.
12. Satisfit cuidam obiectioni.

1. **V**T matrimonium per procuratorem contrahatur plura requiruntur, ut colligitur ex cap. fin. de procurator. in 6. Primo, ut procurator habeat speciale mandatum ad matrimonium: cum enim matrimonium res sit grauissima, ex qua res vita status pender, oportebat specialiter committi. Secundo praeclaram mandatum debet esse circa personam determinatam, alias non erit signum motui amoris. Tertio procurator per se ipsum mandatum perficere debet, neque substituere potest, nisi id expressè concinente in mandato, quia est electa industria persone. Hac omnia expressè habent dicto cap. fin. de procurator. in 6. & tradunt omnes Doctores, teste Couariu. 2. part. de sponsal. cap. 4. initio a. n. 8. Sanchez. lib. 2. disp. 11. a. n. 1. & seqq. Gutierrez. de matr. c. 43. per totum. Coninch. disp. 24. dub. 9. num. 67. & seqq. Basil. Ponce, lib. 2. de matr. c. 15 a. n. 2.

2. Quartu constituens procuratorem perseverare debet in consensu cum matrimonium contrahitur, alias si tempore matrimonii contrahendi consensu reuocatur est, tamen reuocatio procuratori nota non sit, matrimonium nullum est, eo quod essentia sit matrimonio consensu contrahendum, quem Ecclesia, vel Res publica suppleri non potest, sicut potest in aliis contractibus humanis, & politicis, id est alij contractus validē sunt per procuratorem reuocatum, dum reuocatio nec parti, nec procuratori nota est: sicut habetur leg. si mandasset 15 ff. mandati, & leg. 1. ff. quod iussu. §. 2. & colligitur ex cap. ex parte de Re script. & Clement. omic. de renuntiat. Quod adeo verum est, vt etiam iurales non reuocare, si de facto reuoces etiam interius, matrimonium quod procurator tuo nomine contrahit nullum est, quia est absque tuo consensu, quem Ecclesia, nec procurator suppleri potest. Non est autem necessaria reuocatio expressa, sufficit tacita, ut si postquam dedisti mandatum contrahendi cum Maria, sponsalia cum alia celebres, vel mandatum dederis cum alia

contrahendi, tacite censeri prius mandatum reuocare, vt recte affirmant Couariu. 2. p. de sponsal. c. 4. initio num. 1. Sanchez. disp. 11. num. 10. Coninch. dub. 9. num. 71. Gutierrez. late probans dicto c. 1. n. 18. Verum si tempore contractus contentias, tamen intermedio tempore postquam mandatum dedisti dissentias validum est matrimonium, quia mandatum firmum cum consensu perficit, vt docet Sanchez. lib. 2. disp. 11. num. 1. Coninch. disp. 24. dub. 9. num. 72. Gutierrez. cap. 4. num. 15. Quod si tempore quo mandatum dedisti consensum simulati, et Henricus. lib. 11. de mar. cap. 2. num. 2. Sanchez. disp. 11. num. 13. Gutierrez. dicto cap. 43. num. 15. existimat validē posse matrimonium contrahiri, si tempore quo matrimonium per procuratorem celebratur contentias. Recitus oppositus lenit Coninch. disp. 24. dub. 9. num. 72. co quod prima illa constitutio procuratori nulla fit ut ob simulationem, nequic ergo sole interno consensu reuocari, sed necessarium est denuo fieri, & legitimo consensu expreso constitui. Ilud vero est certum non oportere, ut tempore quo procurator tuo nomine contrahit contentias, sufficiat, si non dissentias, quia in virtute prioris contentus non reuocari, quo procuratorem constitutis matrimonium fit, tamen dormit, vel in alia negotia si distractus, ut Sanchez. Gutierrez. Coninch. & alij supra notarunt. Ex qua doctrina reuocendum est, quod Basil. Ponce lib. 1. cap. 15. num. 14. affirmit, si tempore quo matrimonium procurator tuo nomine contrahit incidat in amittit nullum esse matrimonium, nam esto co tempore ut non possis contrahere, non obest, quia etiam cum dormis nequis proprio nomine contrahere, & tamen recte per procuratorem potes. Satis enim est quod possis per alium contrahere, quod recte praestare potest, quia non in virtute consensu tunc exprixi, sed in virtute consensu ad tempore quo procuratorem constitutis contrahis, ut recte Sanchez. Coninch. Gutierrez. loc. alleg. docent.

3. Quinto ne procurator limites mandati excedat, quia in eo quod excedit non agit ut procurator, sed ut privatus, ac proinde deficit contrahendi consensus, id est quod nihil actu est, ut colligitur ex leg. diligenter ff. mandati, & tradit Sanchez. lib. 2. disp. 11. num. 17. Gutierrez. cap. 43. numero 9. Basil. cap. 15. num. 6. Hoc tamen intelligendum est, quando excessus est in conditione, seu forma substantia, tali, secundum quando excessus est in accidentalis forma, & conditione, ut si Petrus dedit mandatum contrahendi matrimonium feruata forma Trident. non obinde contractus virtutis, si denunciations omittantur, quia credendum est denunciations populatas esse eo modo, & forma, qua iure communis requiruntur, sicut docet Sanchez. lib. 3. disp. 33. num. 3. Gutierrez. cap. 43. num. 10. Basil. supra.

4. Sexto aliqui requirunt, ut procurator constitutus coram Parocho, & testibus illis in locis, in quibus Concil. Trident. est receptum, primo quia Trident. exigit pro forma, ut Parochus, & testes deponere possint de matrimonio, quia depositione nequecum praefare nisi assistente predicto mandato; aliter enim non possunt testari contrahentes contentie. Secundo ex doctrina Riminaldi, conf. 4. 67. n. 78. & sequent. volum. 1. affirmant, solemnitatem requisitam ad aliquem actum esse necessariam ad dandam commissionem faciendum, & ita prohibente statuto donationem fieri ab aliis quinque testibus, conscripsi prohibitum mandatum dandi ab illicet illis, ex leg. oratio, ff. de sponsal. Tertio prohibito sine prohibentur media quae sunt ad faciem, sed prohibentur matrimonium clandestinum, ergo prohibetur commissionem clandestinum, ut ipote illius medium, & consumatur ex leg. 39. Tauri, hodie lex 13. cit. 14. lib. 5. nota recipilat. vbi eadem solemnitas requisita est pro mandato confidendi testamentum, quia protestatione requiritur. Quartu mulier ex quod nequic absque consenti viri contrahere, nequic absque illius contentu procuratorem constitui, ut habetur leg. 55. Tauri. sed nullus absque Parocho & testibus contrahere matrimonium potest, ergo neque procuratores constituerent ad contrahendum.

5. Sed omnino tenendum est validum esse mandatum ad contrahendum clandestinum concessum, modo tamen ita concessum sit, ut probari possit, & Ecclesia constare tale mandatum datum esse: quia Concil. Tridentin. solum ad contrahendum matrimonium requisuit Parochi, & testum praesentiam, non tamen ad constitutendum procuratorem, ergo procuratoris constitutio sub dispositione iuris communis incorrecta manet iuxta leg. comm. dissimile ff. de literis, & postmodum. Si autem Parochi, & testum praesentia necessaria est in procuratore constitutendo, sine dubio Concilium expressisset. Argum. leg. vni. §. vbi autem vers. nam si constitutum, Cod. de Caduce, tollend. leg. item apud Laborum. s. art. procur. ff. de iniurij. cap. ad audiencem de renuntiat. & iura testium, & indubitate tradunt Sanchez lib. 1. disp. 11. numero 23. Gutierrez. cap. 43. num. 13. Coninch. disp. 24. dub. 9. num. 78.

6. Neque obstante oppositae rationes. Ad primam optimè Parochum, & testes restari de matrimonio posse, tamen

non